



Notario 21 (104)

**D**ominus episcopus servus servorum dei venerabili patri .. Episcopo Papiensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Vobis et vobiscum supplicanti vobis libenter annuimus illarum  
 uerbis prosequimur operam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum .. Abbatum et Conuentuum monasterii sancti Sepulchri alias sancti Laffinchi  
 prope Civitatem Papiensem ordinis Vallisumbrosae petitis continebat quod quidam proprietates et casamenta cum quibusdam Campis vineis pratis nemoribus paludibus et  
 piscibus in territorio Turrisisule Papiensi diae consistentes et ad dictum monasterium pertinentes ac per Abbatem pro tempore existentem et Conuentum dicti mona-  
 sterii iam factis Quinquaginta Annorum pro pensione viginti quinque florenorum anni ad computum Tringentorum solidorum imperialium pro quolibet florenno monete  
 currentis in partibus illis singulis Annis ad terminum Nouembris certis personis locari consueverunt et propter querelas et alias pravas condiciones que diutius  
 in partibus illis protrahendo iniquaverunt prout uigent ad presens collapsa existunt et reparacione indigent nonmodicam sumptuosa ad quam faciendam ipse monasterium non  
 sufficiunt facultates et si proprietates et casamenta huiusmodi cum campis vineis pratis nemoribus paludibus et piscibus dilecto filio Nobili viro Nicolao quondam Procelli  
 de Seruico domicelli nato domicello Papiensi pro se ac heredibus et successoribus suis pro pensione annua viginti nouem florenorum monete predictae eidem Abbatum et  
 Conuentui per Nicolaum ac heredes et successores huiusmodi Annis singulis persoluerunt in perpetuum Emphiteosim concederentur idem Nicolaus proprietates et casa-  
 menta huiusmodi reparare uellet quod si concessio huiusmodi fieret in euidenter utilitatem a monasterio cedat antedicti. Quare pro parte ipsorum Abbatum et Conuentuum  
 fuit nobis humiliter supplicatum ut ipsi concessioem huiusmodi faciendi licentiam concedere de benignitate apostolica dignauerimur. Nos igitur qui de premissis certam notitia  
 non habemus huiusmodi supplicationibus meliari fraternitati tue de qua in his et alijs specialiter in domino fiduciam obtinimus per apostolica scripta mandamus quanti-  
 nus de prefatis proprietatibus et casamentis cum campis vineis pratis nemoribus paludibus et piscibus et eorum circumstantiis uniuersis que circa hoc fuerint attendenda  
 auctoritate nostra te diligenter informes et si per informationem huiusmodi repereris quod huiusmodi concessio si fiat in euidenter utilitatem dicti monasterii cedat et prefatus  
 Nicolaus ad eandem reparacionem se obliget solemniter super quo tuam conscientiam oneramus eidem Abbatum et Conuentui prefata proprietates et casamenta cum campis  
 vineis pratis nemoribus paludibus et piscibus predicto Nicolao pro se et heredibus huiusmodi pro dicta annua pensione viginti nouem florenorum per eundem Nicolaum et heredes  
 ac successores eidem Abbatum et Conuentui Annis singulis persoluerunt in perpetuum Emphiteosim concedentur eidem auctoritate licentiam largiamur. Dat. Constantie  
 vni  
 h  
 auzij  
 Pontificatus  
 nri  
 Anno  
 Quinto



Job 5



Nicolaus de Sinesio licentia...  
 l'apud p'p'io p'p'io...

1415<sup>22/II</sup>

S.

Morbio 21  
 (104)



Breue in evidente Vtilitatem  
 e' d' dave la J. J. in opitiosis  
 nicolo. q. P'p'io P'p'io de separatio &  
 pro panto lumb'io  
 Turis 15/16  
 F. lomiceili nato dopucello

S. (S. F.)

at' mu' me' um' q' em' q'